Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9153
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Nocturnos iures te formidare tepores.
Deme supercilio nubem pleriique modestus
Occupat obscuri speciem tacituri acerbi.
Inter cuncta leges et percontabere doctos.
Qua ratione queas traducere leniter aevum
Num te saepe iubent aut iurgia vexent cupidos
Num pavor et rerum mediocrium utilium spes
Virtutem doctrina parat. natura negabit
Quid minuat curas. quid te, reddat amicum.
Quid pure tranquillet; honos. an dulce lucellum
An secretum iter. et fallentis semita vitae.
Ore quotiens reficit gelidus digitum rivus.
Quem mandela bibit rugosus frigore pagus
Quid semitae putas. quid credis amicae precari
Sit tibi quod nec est. et id tibi iuris ut tibi iuvet
Quid superest. ecce. siquid superet volumus diu.
Sit bona librorum et pulsae frugis annona
Copia neu fluitem dubiae spe pendulus horae
Si satis est orare iovem quod donat et aufert
Det vitam. det opes. aequum mi animum ipse parabo. AD MECENATEM
Prisco si credis mecenas docte camino
Nulla placere diu nec vivere carmina possunt
Quae scribentur aquae potoribus. ut male sanos
Quid scripsit lib satyris faunisque poetas
Vina fere dulces oluerunt mane camenae.